bald einzelnen *Triletes*körpern, welche in ihrem dreiseitigen Kerne ganz entschieden organisirte fremde Körper beherbergen.

Diese Körper sind fädiger Natur, von ziemlich undurchsichtiger Beschaffenheit, aber überaus scharf begrenzt von der umgebenden etwas durchsichtigeren Substanz des *Triletes*kernes (Taf. XI, Fig. 4). Diese Fäden, welche sich in einzelnen Fällen auch nach aussen erstrecken und, wie es den Anschein hat, auf der Oberfläche des *Triletes*körpers zum Vorschein kommen, sind unregelmässig gabelig verästelt, stellenweise unregelmässig verdickt. Hie und da begegnet man solchen *Triletes*zellen, bei denen der Kern völlig von dem *Endophyten* erfüllt ist. Man ersieht in diesen und anderen Fällen sehr deutlich, dass das Lumen des *Triletes*kernes nicht dreitheilig ist, wie es den Anschein hat, sondern ungetheilt ist. Die endophytischen Fäden werden nur im Kerne befindlich angetroffen, sie durchlöchern nicht die dicke, häufig lamelläre und auch callös verdickte *Triletes*schale. In einigen Fällen jedoch erschienen mir einzelne Zweige des *Endophyten* durch die geöffneten Spalten nach aussen dringend und auf der Oberfläche des *Triletes*körpers sich ausbreitend.

(Schluss folgt).

Lichenologische Beiträge von Dr. J. Müller.

XVIII.

(Fortsetzung.)

647. *Porina* (s. *Segestrella*) *pelochroa* Müll. Arg. Thallus pallide argillaceus, tartareus, $^1/_2$ mm. crassus et tenuior, laevigatus et continuus, margine effusus; gonidia chroolepoidea; apothecia $^1/_2$ mm. lata v. paullo minora, globosa, completa, nonnisi vertice denudata ibique truncata et rufo-fusca, vertice foveolata, praeter partem apicalem undique subhyalino-pallida, inferne paullo tenuiora; nucleus flavo-argillaceus; paraphyses capillares; asci angusti, 8-spori; sporae hyalinae, anguste fusiformes, 33—36 μ longae et $4^1/_2$—5 μ latae, 7-septatae. — Species insignis apotheciis immersis rufo-fuscis et thallo crasso laevigato. — Saxicola in Brasiliae territorio Apiahy: Puiggari n. 525.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03547-0332-2

648. *Porinae* sect. *Euporina*; genus *Porina* Auct. recent., Ach. pr. p. et Fée pr. p. — Apothecia pallida quasi in verruca thallina sita aut strato tenui thallino vestita et hanc ob causam cum thallo concolora; gonidia discreto-chroolepoidea.

649. *Porina* (s. *Euporina*) *nucula* Ach. Syn. p. 112. — Hic referenda est *Porophora gilva* Zenk. in Goebel Pharmaceut. Waarenk. I. p. 189. t. 25. fig. 1, ex specim. orig. Zenk. (in meo hb.). — Sporae 40—47 μ longae, 10—12 μ latae (halone non computato), 7-septatae. — In cortice offic., et prope Apiahy in Brasilia: Puiggari (pluries).

650. *Porina* (s. *Euporina*) *chlorotera*; *Verrucaria chlorotera* Nyl. Syn. Lich. Nov. Caledon. p. 85. Magis distincta est quam ex data diagnosi auctoris appareat. Sporae (e specim. Deplancheano ex insula Lifu) demum 9—12-septatae sunt, i. e. ad utramque extremitatem crebre 3—4-septatae, loculis ultimis 3—4 exiguis quam reliqui 3—4-plo brevioribus. — Hoc charactere (a cl. Nyl. praeterviso) cum javanica *Porina praestantiore* Müll. Arg. L. B. n. 486 quadrat, a qua caeterum recedit ut *P. nucula* distat a *P. mastoidea*.

Aliae numerosae cognitae hujus sectionis sunt.

651. *Porinae* sect. *Phylloporina* Müll. Arg. Thalli systema gonidiale *Phyllactidium* simulans [ut in Kützingii Tab. phycol. vol. 4. t. 88 fig. II, praesertim marginem versus, centro magis reticulatim cellulosum, margine demum discreto-radians]; apothecia pallida, plus minusve thallino-vestita, cum thallo concolora v. subconcolora aut apice nuda. — Systema gonidiale phyllactideum facile pro charactere generico haberi possit, sed in peripheria saepe in filamenta discreta fere chroolepoidea, viridia, solvitur et demum saepe irregulariter cellulosum evadit, unde transitus in gonidia *Pyrenulacearum* clare apparet, sed prima juventute pulchre phyllactidium undique observatur.

652. *Porina* (s. *Phylloporina*) *bicolor* Müll. Arg. Thallus tenuissimus, cinnamomeo-virens, late effusus, phyllactidialis; apothecia $^1/_4$ mm. lata, conico-hemisphaerica, thallodice vestita et cinnamomeo-flavida, apice autem nitido latiuscule fusco-oculata; paraphyses capillares; asci subangusti, superne attenuati, 8-spori; sporae hyalinae, 32—50 μ longae et $5^1/_2$—$7^1/_2$ μ latae, fusiformes, utrinque attenuatae, 6-septatae, loculus ultimus inferior reliquis duplo longior. — Sporae ut in *Porina nucula*, sed apothecia et thallus omnino differunt. Prope *Porinam virescentem*, sc. *Verru-*

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03547-0333-8

cariam virescentem Krplh. Lich. Becc. Born. p. 53 locanda est. — Foliicola prope Apiahy in Brasilia: Puiggari n. 1038 pr. p.

653. *Porina* (s. *Phylloporina*) *epiphylla* Fée Ess. Suppl. p. 75; Montgn. in Ann. sc. nat. ser. 3, vol. 10, p. 130, t. 41, fig. 9; *Verrucaria epiphylla* Nyl. Pyren. p. 38 (excl. falso charactere sporarum); *Porina americana* v. *epiphylla* Fée in Dict. class. d'Hist. nat. vol. 17, p. 26, tab. (Lich.) fig. 4; *Verrucaria praestans* Nyl. Lich. Angol. p. 15; *Porina praestans* Müll. Arg. Lich. Afric. occid. n. 48, obs. — Cl. Nylander *Verrucariam epiphyllam* in Pyren. p. 38 infelicissime exposuit ob sporas „3-septatas" et postea eandem plantam recte observatam sub nomine *Verrucariae praestantis* iterum proposuit. In tota regione tropica enim totius orbis certissime nulla planta vulgaris foliicola existit quae cum diagnosi Nylanderiana (Pyrenoc. p. 38) quadret et haec insuper contraria est iconi Féeanae (Fée Ess. t. 41, *Porina* fig. 9), nec non citatae descriptioni Montagneanae (l. c.) ubi sporae 3—7-septatae laudantur. — In omnibus speciminibus infra citatis thallus junior undique et evolutior peripheriam versus phyllactideus, i. e. e centro longiuscule radiatim cellulosus est, in centro tamen ut et perithecio cellulae breviores aut vix longiores quam latae saepeque vix distincte radiatim dispositae sunt; plagulae juniores suborbiculares, argillaceo-virentes aut flavido-virentes, mox in plagas amplas haud peculiariter marginatas confluentes, arcte adnatae sed mox facile pelliculoso-desquamescentes v. etiam fragmentarie secedentes; hyphae hyalinae, filamentis gonidialibus concretis aut radiatim demum discretis multo tenuiores, et densiuscule reticulatum ramosae; apothecia circ. $^1/_3$ mm. lata, deplanato-conica v. demum convexo-conica, undique tenuissime thallino-vestita et cum thallo concolora aut nonnihil in aurantiacum vergentia, vertice conformia v. demum fusco-nudata, basi late truncata, intus undique hyalina; paraphyses in nucleo hyalino numerosae, liberae, capillares; asci 8-spori; sporae in ascis subparallelae, evolutae regulariter 7-septatae, 24—38 μ longae et 3—$4^1/_2$ μ latae, loculi aequilongi. — In insula Cuba (C. Wright n. 864 in Blechno, et n. 507 in Peperomia, Linden n. 2017 in Asplenio), in Guadeloupe (Funk et Schlim in Anthrophyo), in Mexico (Galeotti n. 6216 in fol. Zamiae), ad Caracas (Linden n. 181 in Asplenio), in Guyana gallica (in Papayrola, Anaxagoraea, in Palmarum foliis et in Filicibus majoribus), in Brasilia (in foliis Meliacearum et Psychotriae Ipecacuanhae, loco speciali ignoto), prope Rio

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03547-0334-4

de Janeiro (Glaziou n. 6346 et 7126 A in Filicibus, et n. 6561 in Faramea micrantha), prope Apiahy in variis foliis (Puiggari pr. p. inter n. 358, 1031, 1088, 1090, 1093), prope Bahiam (Blanchet n. 1429 in fol. Rutac. Cuspariae, et Du Pasquier in fol. Apocyn. Tabernaemontanae) et dein in Madagascaria (in fol. quibusd. Dicotyledon.), in Cochinchina (Germain n. 34 in fol. filicin.), in Nova Guinea (Dr. Naumann) et in Philippinis (in Cumingii n. 793, Anonac.).

654. *Porina* (s. *Phylloporina*) *insperata* Müll. Arg. Valde affinis praecedenti, at thallus distinctius flavicans, apothecia magis depressa, paullo minora, sporae graciliores, magis bacillares, saepius fere tota longitudine aequiangustae, 2—$2^1/_2$ μ latae, 25—30 μ longae. — Plagulae thallinae late confluentes et ambitu minus quam in praecedente regulariter phyllactideae. — Foliicola in India orientali prope Malacam: Yvan.

655. *Porinae* sect. *Segestrinula* Müll. Arg. Thalli systema gonidiale plus minusve (saltem junioris) phyllactideum, hyphemate et hyphis parum copiosis mixtum aut instratum; apothecia colorata, nuda v. subnuda, cum thallo discolora (vulgo eo magis obfuscata). — In foliis crescentes et regiones tropicas et subtropicas incolentes.

656. *Porina* (s. *Segestrinula*) *microsperma* Müll. Arg. Thallus tenuissimus, virens, latiuscule expansus, systema gonidiale primum regulariter phyllactideum, dein irregulare et disjuncto-radians; apothecia $\frac{15—20}{100}$ mm. lata, convexo-hemisphaerica, e pallido-fusco demum fusco-nigricantia, nuda; paraphyses apice clavatae; asci lineares, 8-spori; sporae in ascis subapposite uniseriales, hyalinae, tantum 6—8 μ longae et 3 μ latae, ellipsoideo-fusiformes, 2-loculares. — Juxta *Porinam pertensam*, sc. *Verrucariam pertensam* Stirt. Lich. on Leaves p. 9 locanda est, a qua apotheciis et sporis duplo minoribus recedit. — Foliicola prope Apiahy in Brasilia: Puiggari n. 384.

657. *Porina* (s. *Segestrinula*) *leptosperma* Müll. Arg. Thallus tenuissimus, virens, continuus, subregulariter phyllactideo-gonidialis; apothecia convexo-hemisphaerica, tantum $\frac{10—13}{100}$ mm. lata, persistenter rufo-pallida aut subcarnea, subnuda; paraphyses capillares; asci angusti, 8-spori; sporae hyalinae, tenellae, 10—15 μ longae, 2—$2^1/_2$ μ latae, dactyloideo-fusiformes, 4-loculares. — A proxime affinibus recedit apotheciis valde convexis pallidis et tenuitate sporarum. — Foliicola prope Apiahy in Brasilia: Puiggari.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03547-0335-0

658. *Porina* (s. *Segestrinula*) *leptospermoides* Müll. Arg. Thallus pallide virens, primum minute orbicularis et centro monocarpicus, demum e pluribus late confluens; apothecia $\frac{15-20}{100}$ mm. lata, conico-hemisphaerica, nuda, nitidula, e pallidiore rufo-fusca v. demum fusco-nigricantia, radiatim cellulosa (ut in proximis); nucleus hyalinus; paraphyses capillares; asci angusti, 8-spori; sporae 14—17 μ longae, tantum $2^1/_2$ μ latae, anguste dactyloideae, utrinque sat obtusae, aequaliter 4-loculares. — A *Porina microsperma* colore multo obscuriore et forma conico-hemisphaerica apotheciorum differt. — Prope Rio de Janeiro in foliis Psychotriae subspathaceae, et in aliis foliis ibidem: Glaziou n. 3264, nec non in Mexico in foliis Zamiae: Galeotti.

659. *Porina* (s. *Segestrinula*) *rubicolor*; *Verrucaria rubicolor* Stirt. Lich. on Leaves p. 9. Species vulgaris, colore thalli et apotheciorum valde varians; thallus junior orbillas sat regulares formans, dein vario modo irregularis, confluens et demum plus minusve secedenti-depauperatus et decoloratus; apothecia varie rufo-rubentia, pallidiora aut obscuriora, demum rufo-obscurata, semper cellulis regulariter e vertice radiantibus formata. — Foliicola in Columbia (ex hb. Hamp.), ad Caracas in foliis Smilacis solanifoliae: Dr. Ernst, et in variis foliis prope Apiahy in Brasilia: Puiggari n. 1037 (et aliis num. admixta), in foliis Myrtaceae cujusdam prope Rio de Janeiro: Glaziou, nec non in insulis Philippinis in foliis Myristicae bracteatae.

— — β *rhodoplaca*, thallus e virente mox rubescens v. rosello-rufescens. — Reliqua omnia caeterum ad amussim cum specie congruunt. — In Brasilia septentr. prope San Gabriel: R. Spruce n. 466 pr. p.

— — γ *obscurata*, apothecia juniora rubenti-fusca, demum fusco-nigricantia (sub microscop. intense fusca). — Thalli et apotheciorum et sporarum structura omnino cum specie convenit, apothecia haud raro tamen minora, caeterum in iisdem thallis magnitudine ludentia. — Prope Rio de Janeiro in foliis Farameae micranthae: Glaziou n. 6561, prope Bahiam in foliis Tabernaemontanae: Léo Du Pasquier, et in variis foliis prope Apiahy: Puiggari n. 1086, 1270; et in umbrosis prope Mandioca in foliis Psychotriae stenocalycis: Riedel.

660. *Porina* (s. *Segestrinula*) *rubentior*; *Verrucaria rubentior* Stirt. Lich. on Leaves p. 9. — Habitu proxima *P. rubicolori* et extus vix ab ea recognoscenda, etiamsi apothecia vulgo minora et magis hemisphaerico-convexa, at systema gonidiale et perithe-

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03547-0336-5

cium cellulis multo brevioribus minus elongato-radiantibus formata sunt. — Prope Caracas ad folia Smilacis solanifoliae (cum *Porina rubicolore* separatim crescente): Dr. Ernst, et prope Apiahy in Brasilia: Puiggari.

661. *Porina* (s. *Segestrinula*) *fulvella* Müll. Arg. Thallus tenuissimus, laevigatus, flavescenti-cinereus v. pallescenti-olivaceus, phyllactideo-gonidialis; apothecia $^1/_5$—$^1/_4$ mm. lata, dimidiata, depresso-hemisphaerica, fulva v. argillaceo-fulva, nonnihil thallodice velata, thallo tamen discolora, submembranacea, facie interna albida, strato medio virentia, ore integra v. demum minute umbilicata; nucleus hyalinus; paraphyses capillares; asci 8-spori; sporae hyalinae, 22—25 μ longae, 4 μ latae, fusiformes, utrinque acutiusculae, 4-loculares, loculi aequilongi. — Prope *P. rubicolorem* locanda, ubi apothecia aliter colorata. Spermatia lineari-ellipsoidea, recta v. subrecta, 8 μ longa, 3 μ lata. — Foliicola prope Apiahy in Brasilia: Puiggari.

662. *Porinae* sect. *Sagediastrum* Müll. Arg. Systema gonidiale thalli phyllactideum; apothecia nigra. — Species omnes in foliis crescentes.

663. *Porina* (s. *Sagediastrum*) *phyllogena* Müll. Arg. Thallus tenuissimus, olivaceo-virens v. obscure olivaceus, continuus, opacus; gonidia pulchre phyllactidea, cellulis elongatis confervoideis paullo nodulosis et peripheriam versus discreto-radiantibus formatus; apothecia $^1/_4$ mm. lata, dimidiata, late conico-hemisphaerica, basi extrorsum acutata, atra, nonnihil thallino velata et opaca, madefacta tamen nitidula; nucleus hyalinus; paraphyses capillares, asci angusti, 8-spori; sporae in ascis oblique subimbricatim uniseriales aut subbiseriales, hyalinae, 8—12 μ longae, $2^1/_2$—$3^1/_2$ μ latae, ellipsoideo-fusiformes, vulgo utrinque acutiusculae, subaequaliter biloculares (stylosporae 3—4 μ longae, 2-loculares, utrinque obtusae, spermatia circ. 15 μ longa et $^2/_3$ μ lata, recta). — Species in foliis subcoriaceis et in Filicibus majoribus communis, prope Rio de Janeiro (Glaziou n. 3267 B pr. p.), et ibidem in foliis Diplazii (in Vauthier n. 64), prope Apiahy: Puiggari n. 1035 et divers. al. num. pr. p., nec non in foliis Piperis in montanis Mexici prope Vera Cruz (in Galeotii n. 6001). — Spermogonia sat frequenter occurrunt et apotheciis circ. triente v. fere duplo minora sunt.

664. *Porina* (s. *Sagediastrum*) *platypoda* Müll. Arg. Thallus eximie tenuis, sub lente maculam pallide olivaceo-fuscescentem laevissimam formans, systema gonidiale pr. p. relaxato-phyl-

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03547-0337-1

lactideum; apothecia $^1/_4$ mm. lata, hemisphaerica, ob vestimentum thallinum valde tenue impure nigra, dimidiata, basi extrorsum in annulum v. disculum cingentem applanatum diametro $^1/_2$ mm. aequantem concolorem dilatata; paraphyses capillares; asci lineares, 8-spori, 5 μ lati; sporae hyalinae, 8—10 μ longae, 3—$3^1/_2$ μ latae, fusiformi-ellipsoideae, 2-loculares, in ascis imbricatim uniseriales v. subinde apposite 1-seriales. — Species forma apotheciorum basi insigniter submembranaceo-dilatatorum peculiaris est. — Crescit in foliis Farameae micranthae Müll. Arg. (Rubiac.) prope Rio de Janeiro (in Glaziovii n. 6561), nec non in foliis Lauraceae cujusdam in insula Borneo (in Beccarii n. 1545); verisimiliter in tropicis sat vulgaris.

665. *Porina* (s. *Sagediastrum*) *nitidula* Müll. Arg. Thallus tenuissimus, suborbicularis, arcte adnatus, demum secedens, olivaceus, opacus, laevigatus, areolae gonidiales $1^1/_2$—2-plo longiores quam latae, subirregulariter parallelogrammicae; perithecia nigra, elato-hemisphaerica, $\frac{15—20}{100}$ mm. lata, apice obtusa et vulgo integra, basi leviter thallo vestita, caeterum tota nuda et nitida, basi recte truncata attenuata, v. etiam dimidiata, sc. basis deficiens; paraphyses capillares; asci angusti, 8-spori; sporae hyalinae, 18—30 μ longae, $3^1/_2$—5 μ latae, fusiformes, utrinque obtusae, aequaliter (1—)5-septatae. — Perithecium sub microscopio subreticulatim cellulosum et coeruleo-nigricans. — Foliicola prope Apiahy in Brasilia: Puiggari, et in foliis Smilacis solanifoliae prope Caracas: Dr. Ernst.

666. *Porina* (s. *Sagediastrum*) *Begoniae* Müll. Arg. Thallus tenuissimus, olivaceus, demum evanescens; systema gonidiale phyllactideum; apothecia $^1/_{10}$ mm. tantum lata, elato-hemisphaerica, nuda v. inferne thallino-velata, opaca v. demum superne nitidula, nigra, inferne hyalina; paraphyses capillares; asci angusti, 8-spori; sporae hyalinae, fusiformes, utrinque acutiusculae, 5-septatae, 20—22 μ longae, $4^1/_2$—5 μ latae. — Subsimilis *P. nitidulae*, quacum sporis fere convenit, sed valde microcarpa et apothecia vix aut non nitida. Cellulae perithecii, praesertim circa ostiolum et in parte adjacente similiter ac in illa et in *P. atrocoerulea* coeruleo-nigrae. — In Brasiliae Serra dos Orgaos in foliis Begoniae fruticosae, in specim. Lhotsky n. 122.

667. *Porina* (s. *Sagediastrum*) *atrocoerulea* Müll. Arg. Thallus latiusculus, continuus, polito-laevigatus, pallide olivaceus, demum desquamescendo-secedens; systema gonidiale pulchre phyllacti-

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03547-0338-7

deum; apothecia $^2/_{10}$ mm. lata, alte hemisphaerica, basi constricta, coerulescenti-nigra, nuda et laevia, dimidiata, tota sub microscopio sat intense coeruleo-nigro-cellulosa; paraphyses capillares; asci angusti, 8-spori; sporae hyalinae, fusiformes, utrinque longius aut brevius acuminatae, 7-septatae, 30—35 μ longae, $4^1/_2$—5 μ latae. — Apothecia ob basin constrictam laxe sessilia apparent. — Foliicola prope Apiahy in Brasilia: Puiggari.

668. *Porinae* sect. *Sagedia* Müll. Arg.; Genus *Sagedia* Mass., Körb.; *Sagediae* sect. *Eusagedia* Stitzenb. Flechtensyst. p. 148; *Verrucariae* sect. *Porinula* Nyl. in Flora 1881 p. 453 ad no. 13 (pr. p.). Systema gonidiale discreto-chroolepoideum, apothecia nigra.

Qui tantum europaeos Lichenes cognoscunt forte *Segestrellam* a *Sagedia* generice distinguere malunt, sed characteres utriusque omnes conveniunt, excepto colore peritheciorum, et tota Lichenologia universalis e *Lecidearum*, *Graphidearum* et *Arthoniearum* exemplo abunde nos edocet ut huic caracteri non ullam virtutem genericam adscribamus, et insuper inter species exoticas phyllogenas hujus ipsissimi generis exempla hodie nota sunt, ubi apothecia superne nigra, in sectione perpendiculari inferne pallida aut subhyalina sunt. Limites distinctivi generici ergo, similiter ac *Lecideam* inter et *Lecidellam* et *Biatoram*, absolute evanescunt.

669. *Porina* (s. *Sagedia*) *mendax* Müll. Arg. Thallus cum epidermide maculam pallido-albidam aut virenti-albidam laevem formans, late expansus et margine effusus; gonidia parca, seriatim conjuncta, viridia; apothecia $1^1/_5$—$1^1/_2$ mm. lata, dimidiata, basi paullo immersa, caeterum nuda, sat crassa, basi extrorsum in alam circularem producta et nonnihil simul incurva, subtus omnino deficientia aut ibidem tenuissima et nigra, parte emersa late hemisphaerica, vertice rotundata v. minutissime mamillata; nucleus hyalinus; paraphyses copiosae, simplices et subinde bifurcatae, non connexae; asci elongati et tota longitudine anguste cylindrici; sporae in ascis uniseriales et longitrorsum appositae, hyalinae, octonae, 13—15 μ longae et 5 μ latae, elongato-ellipsoideae, utrinque obtuse acutatae, medio 1-septatae, loculi nonnihil distracto-segregati, subinde iterum transversim divisi et sporae tum 4-loculares. — Species inter congeneres insignis, macrocarpa, praeter colorem thalli prima fronte fere *Pyrenulam marginatam* parvulam simulans. — Corticola prope Apiahy in Brasilia: Puiggari n. 380.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03547-0339-5

670. *Porina* (s. *Sagedia*) *adflata* Müll. Arg. Thallus tenuissimus, adflato-instratus, olivaceo-nigricans, continuus et quasi oleoso-nitidulus, margine dendritice effusus; apothecia $\frac{3-5}{20}$ mm. lata, hemisphaerica, emersa, atra, nonnihil thallodice velata, vertice subintegra; paraphyses capillares; asci angusti, 8-spori; sporae hyalinae, fusiformes, utrinque acutatae, 22—26 μ longae et 5—6 μ latae, 5—7-septatae, loculi aequilongi. — Prope *P. cestrensem*, s. *Sagediam cestrensem* Tuck. Gen. p. 265 et *P. subchloroticam*, s. *Verrucariam subchloroticam* Nyl. Syn. Lich. Nov. Caledon. p. 85 locanda est. — Quartzicola prope Apiahy in Brasilia: Puiggari n. 1740.

Huic sectioni etiam adnumerandae sunt *Sagediae* spec., oryctogenae et organogenae, a cl. Körber in Par. p. 354 enumeratae, sed nondum satis constat quaenam illarum species sint bonae, quaenam reducendae. Eujusdem cohortis etiam esset *Sagedia atrata* Müll. Arg., a cl. Dr. Nyl. in Flora 1881 p. 457 ad „*Verrucariam chloroticam* Ach. sat solitam“ relata. Nescio si revera haec species rite distincta aut si plures affines potius in unam sint conjungendae (iterum explorandae), quod autem cl. Nyl. l. c. de colore meae plantae „sat solitae *Verrucariae chloroticae*“ scripsit absolute falsum est. — Caeterum ap. Nyl. ibidem praeter bona etiam similiter alia falsissima occurrunt suo tempore alibi exponenda.

Ibidem dein cl. Nyl. pluries me citavit sub Muell. microgonid. (praeexplicato Microgonidismo ad fabulas maxime absonas nostri temporis relegato, vid. Nyl. in Flora 1881 p. 8, in not. 1) at tantis indecentibus tantaque impudentia et ignorantia expositis non nisi profundo contemtu respondo. Cum amoenitate adeo morbosa Nylanderi lectoribus jam nimis cognita disputare et certare nolo.

(Schluss folgt.)

Anzeige.

Die Bibliothek und die — namentlich an Kryptogamen bes. Flechten — reichen Sammlungen des am 19. April d. J. in Como verstorbenen, als Lichenologe bekannten Canonicus D. M. Anzi werden von den Erben dem Verkaufe unterstellt. Auskunft ertheilt Herr Ignazio Zazzi — Como.

Redacteur: Dr. **Singer.** Druck der F. Neubauer'schen Buchdruckerei (**F. Huber**) in Regensburg.

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03547-0340-6

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1883

Band/Volume: 66

Autor(en)/Author(s): Müller J.

Artikel/Article: Lichenologische Beiträge 330-338